



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

§. 126. Status Religionis in Suecia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1529.

§. CXXV.

*Hæretici Coloniæ combusti.*

*Sleid. in com.  
I.6. p. 200.*

Tunc temporis haud adeo in fidelium animis deferbuit fidei tuendæ studium, quin in quibusdam Germaniæ urbis Hæresiarchæ Lutheri Sectatores graviter plecterent: Cum enim Coloniæ Petrus Flistedius, & Adolphus Charlebachus Viri literati de Sacratissima Eucharistia, aliisque fidei Catholicæ articulis erroneas traderent sententias, hinc comprehendendi jubebantur, ac demum per sesquiannum & amplius in carcere detenti, tandem ad rogum damnati exurebantur.

§. CXXVI.

*Status Religionis in Suecia.*

*Joan. Levo-  
nius rerum  
Suec. I.6. an.  
1529.*

Ceterum in Sueciæ regno, ubi vera Religio jam ferme penitus exulabat, nihil Lutheranæ hæresis progressus morari poterat; quippe ineunte hoc anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo nono Gustavus Rex generalia Regni comitia agebat, in quibus tanquam fidei normam Lutheri errores præscripsit, ac summi Pontificis obsequium ritu solemni penitus excussit. Habita

Habita fuere hæc comitia Orebri, quæ Sæcul. **XVI.**  
est exigua Nericiæ Metropolis ad E- A.C. 1529.  
rosam amnem sita, ubi pro omnibus Re-  
gni Ecclesiis communis ritus stabilie-  
batur, ac præprimis Rex nonnullos no-  
væ Sectæ Præcones, quorum sermoni-  
bus ipse intererat, Episcopis obtrude-  
bat, dato negotio, ut eisdem beneficia  
conferrent, eosque contra omnem violen-  
tiæ tuerentur. Nihilominus Hæ-  
reticorum nonnulli male habebantur;  
quippe Scaræ in Westrogothiæ Provin-  
cia Episcopus illum Præconem, quem  
Rex immiserat, fugam arripere compu-  
lit, pariter Collegii Rector, cum Evan-  
gelium S. Matthæi suis Discipulis ex-  
planare inciperet, vix non lapidibus ob-  
rutus periisset, nisi tempestive Wad-  
stenum Ostrogothiæ urbem auffugisset.  
Horum tumultuum auctores erant non-  
nulli Gothiæ Occidentalis Proceres,  
qui tuendæ Religionis Catholicæ stu-  
dio incitati in Regem conspirabant;  
verum eorum princeps Huro-Joan-  
nes dictus paulopost comprehensus car-  
ceri dabatur, ex quo nonnisi post seme-  
stre ad preces Georgii filii sui, qui a-  
pud Gustavum plurimum valebat, li-  
beratus fuit. Ceterum Sueci minus  
quam reliqui ab avita Religione disces-  
serunt; quippe etiamnum Episcopos,  
Presbyteros, & Diaconos licet conju-

S s 2 gatos

Sæcul. XVI. gatos habent, eorumque Ecclesiæ pa-  
A.C.1529. rum a nostris discrepant, nec illorum  
quoque Liturgia multum ab illa, quam  
Romana Ecclesia tenet absimilis est.  
Denique in præcipuis anni festivitatibus  
noxarum confessione sese purgant,  
quamvis non raro simul decem aut  
duodecim sese ad Ministri sui pedes pro-  
volvant, ab eo pœnitentiam receptu-  
ri. Porro Lutheri secta similes quo-  
que progressus in Dania  
fecit.



## INDEX